UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXV. † Ad Albas Dominas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64564

Visual Library

bornam & Bonnam deduxerunt. Hæc, de qua loquimur, Cruci adſcripta ſunt:

Heus, deuote Viator, in hac pretioſis Reliquiis circundata Chriſti Crucifixi Imagine, admirare prodigioſam Capitis inclinationem, quæ ab annis aliquot, paulatim magis magisq́; profecit, atque eâ piè obſeruatâ, Redemptorem precare Noſtrum, vt Gratiæ ſuæ ad nos demittat chariſmata, qui propter nos in Cruce inclinato capite expirauit. *Inſcriptio S. Crucis apud Capucinissas.*

XXV. ✠

AD ALBAS DOminas.

IN Sacello B. Mariæ Magdalenæ, vulgo apud Albas Dominas, ſub Cœnobij ſurgentis incunabula, Monialis fuit, quæ Sodales ſuas pio erga Dominicam Paſſionem affectu, longè antecellebat. Hæc cum dies noctesq́; hæreret coram qua- *Crux ex arido muro ſponte excreſcens*

quadam in ambitu Crucifixi imagine, reliquas offendit Sorores, quaſi communis vitæ limitem excedendo, ſingularitate aliqua, præ reliquis ſanctitatis prærogatiuam affectaret. Itaque ei dictam Crucem, quam apprimè venerabatur, non tamen affectum ad eam, ſuſtulerunt. Pia Virgo, cum imaginis dilecti ſui abſentiam grauiùs, vt par erat, ferret, & multo lachrymarum imbre, furtum hoc incuſaret, ſuumq; deſiderium paſceret, ecce tibi, ex arenti materia, lachrymis copioſis rigata, arboris & Crucifixi figura excreſcit, quam illa, vt feliciter adoleſceret, eodem quo excitauerat imbre, indefeſsè rigauit. Eandem curioſè explorans, non lignum ſed eſſe radicem repræſentantem accuratè per omnia Crucem, Crucifixum Dominum, Clauos, ſanguinem, barbam & capillos, deprehendes. Hæc porro Crucis eius eſt inſcriptio:

Inſcriptio S. Crucis ad Albas Dominas.

Anno reparatę Salutis M.CCXXX cum B. Mariæ Magdalenæ, vulgò Albarum Dominarum, Cœnobium, auctoritate Archipræſulis

Agrip-

Agrippinenſis reformaretur, Miraculoſa hæc Chriſti Imago arida ex * maceria in Cœnobij ambitu Religioſæ piiſſimæq́; Virginis deuotioni Deo permittente excreuit.

NB. Archiepūs erat Hēricus de Molenarck. *murata, muro.

XXVI. ✠

AD S. MAXIMInum.

In Eccleſia S. Maximini ingens aurea Crux eſt, cui hæ Reliquiæ includuntur:

De Cruce Domini Noſtri IESV Chriſti, De Sudario, quod poſitum fuerat ſuper Caput Ieſu: De Sindone, qua inuolutus Dominus Ieſus ſepultus fuerat : De loco inuentionis S. Crucis Domini noſtri: De Veſte alba, qua indutus fuerat coram Herode: De purpurea Veſte, in qua potatus fuerat aceto & felle : De loco, in quo Mariâ obuiante Ieſus cum Cruce cecidit in terram.

XXVII. ✠

AD SS. APOSTOLOS.

In SS. Apoſtolorum Baſilica, Crucifixus